Brzezinska Abrenunciat.

cornem totali et plenarie satisfactum est de bonis tantum modo paternis, ob quam praesentem satisfactionem in manus eiusdem Gnosi Stanislai Zarembski Judicis Terrae Sandomiriensis abdicat et abrenunciat, hac sua personali Recognitione ad praemissa adiecta.

Vige Laudi etc. Feria Sexta post Dominicam Laetare Quadragesimalem proxima Anno Domini Millmo Sexcentmo Sexagmo Nono.

5/IV 1669

Lukowski et Zaklika Robert

Comparentes personaliter coram Officio et actis praesentis Castrensis Capitanei Premysliensis Gnosi Thomas Lukowski ab una et Stanislaus Zaklika parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes a terris districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedentes praesentes vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni quos ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis gratis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum suo pro interesse recognovit. Quia ipse et quidem Gnosus Thomas Lukowski suo et Gnosae Annae de Horbowa Consortis suae Legitimae pro cuius ratihabitione cavet et se praesentem intercessionem nomine sibi mutuo et invicem una pars alteri ac posteris utriusque partis se ac suos successores in et super bonis suis gratis omnibus summisque quibusvis pecuniarum habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus intercisa certam inter se Recognitionem et praefatam Gnosam Annam Lukowska ratione certarum rerum et conditionum in eadem intercisa contentarum de actu et data illius hic Premysliae die hodierna in actu contenta confecta et consecrata ratibus sui Reco